162

In negotio concordiae haec videntur dicenda apud utrosque Oratores.

Videre non oculis et animo considerare quod et reliquos omnes intueri et mente perspicere certum est nihil tam in alto quod a multis conspici possit collocatum esse nihilque tam commune haberi ad quod omnium Christianorum Populorum et Principum expectatio intenta magis hoc tempore foret quam sit Conventus iste praesens Oratorum ad pacem non uni Regno tantum, sed Christianae toti Reipublicae praeparandam constitutus namque vix in tota Europa et parte Asiae minore, paucissimi reperiantur qui non sensu auditus saltem, cum oculis ob longinquam locorum distanciam non liceat perspiciant et a longe cogitatione veluti oculis praesentibus cognoscant ingens et arduum munus Conciliandae pacis et cum Illustri Domino Duce Saxoniae hoc tempore inter Reges Hungariae susceptae.

Neminem autem ex omnibus Christianis fore cui sint caedes, Discordiae, ruinae, discrimina quae ex dissidio Regum Hungariae populi Christi sustinent

sustinent cognita, utique non sit inulta ista presens Pacificatorum Oratorum congregatio, qui non omnem animum curam spem et cogitationem in presentis magni et praecipui negotii expeditationem conjiciat.

De his vero qui propinquiores sunt et quorum ut vicinorum res agitur, nobis etiam tacentibus quilibet meditari potest quanta nunc sollicitudine sub spe et metu teneantur, vicissim reputantes et pacis felicitatem si contingere possit et bellorum miseriam seu acerbitatem si produci et augeri deberent. Quare nos hortari monere rogare liberisque iam orare et obtestari Serenissimorum Regum Oratores ut ad tantum tanquam singulare opus Concordiae et pacis constituendae, studium benevolentiam attentionem et ad amplectenda salubria consilia et peruanones facilitatem suam accommodare velint itaque illa uti, et ut Conventus istius amplissimae rationes in Cassum non vertantur et illi habeant quod nos Christiana Respublica posteritas denique ipsa, acceptum illis ferre debeamus, sed inprimis quod Deus optimus maximus ob populum suum et legem Christi Filii servatam

clementis

clementiam, prorequi & praemiis aeternis illis recompensare possit —